Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem Serenissime Principis et dom. dom. Elizabeth Dei gracia Romanorum Imperatricis semper Auguste et Boemie Regine, in et ad canonicatum et prebendam ecclesie Melnic. per mortem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eorundem vacantes, in quibus prefata dom. Imperatrix juspatr. dinoscitur obt., honorabilem virum dom. Procopium plebanum ecclesie Scti Spiritus in Grecz, crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXIV. mensis Septembris.

Ad ecclesiam in *Drchlauia*.

Anno quo supra die XXV. mens. Sept. data est crida cum commissione et confirmacione dom. Wenceslao olim plebano ecclesie in Semnycz ad ecclesiam in Drchlauia, ex causa permutacionis cum dom. Johanne de consensu dom. Henrici dicti Berka Senioris de Duba, dicte ecclesie in Drchlauia patroni, deputatus est sibi pro executore plebanus in *Duba*.

Ad ecclesiam in *Semnycz*.

Anno et die ut supra data est crida cum commissione et cfirm. dom. Johanni olim plebano ecclesie in Drchlauia ad ecclesiam in Semnycz ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao de consensu Jeniconis clientis ibidem de Semnycz dicte ecclesie in Semnycz patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Cladrub*.

E. IV. — Ad ecclesiam Scti Johannis in *Podskalo*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam Scti Johannis in Podskalo, per resignacionem dom. Henrici vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosi viri Hermanni clientis de Kollessouicz dicte ecclesie Scti Johannis patroni, discr. virum dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Przibenicz, cum dicto dom. Henrico pro ecclesia Scti Johannis antedicta permutantem crida seu etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVII. mensis Septembris.

Ad ecclesiam in *Przibenicz*.

Joh. Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Przibenicz, per resignacionem dom. Nicolai vlt. et immed. ipsius eccl. rectoris ex causa permutacionis etc. vacantem, de consensu Zoffeze de Przibenicz, Nicolai nati eiusdem, Johannis plebani ecclesie in Stebna, Johannis dicti Strizecz et Friderici de Widhosticz clientum dicte ecclesie in Przibenicz patronorum, disc. virum dom. Henricum olim plebanum ecclesie Scti Johannis in Podskalo cum dicto dom. Nicolao pro ecclesia in Przibenicz antedicta permutantem crida seu proclam. premissa etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVII. mensis Septembris.

Ad ecclesiam in *Dobrzan*.

Ano quo supra die penultima mensis Septembris data est crida cum commissione et confirmac. dom. Henslino Nicolai de Dobrusca presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Dobrzan, ad presentacionem dom. Johannis de Frymburg per mortem dom. Gregorij vacantem. Deputatus est sibi pro exec. decanus Dobruscensis plebanus ecclesie in *Dubenzyn*.

Ad ecclesiam in *Radnicz*.

Joh. Pomuk. etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Radnicz per resign. dom. Johannis vlt. et immed. ipsius

reitoris ex causa permutacionis etc. vacantem, de consensu nobilis viri dom. Henrici de Rozemberg dicte ecclesie in Radnicz patroni, honorabilem dom. Wenceslaum olim canonicum prebendam ecclesie Scti Georgij in castro Pragensi cum dicto Johanne pro ecclesia antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die V. mensis Octobris.

Ad canonicatum et prebendam ecclesie *Scti Georgij in castro Pragensi.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad canonicatum et prebendam ecclesie Scti Georgii in castro Prag. per resignacionem honorab. viri domini Wenceslai, vltimi et immed. dictorum canonicatus et prebende canonici ex causa permutacionis in manibus etc. vacantes, honorblem virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Radnicz cum dicto dom. Wenceslao pro eisdem canonicatu et prebenda permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die V. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Hostynny.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem Nobilium virorum dom. Henslini de Hostyniy alias de Turgaw, et Wilhelmi filij ipsius, in et ad ecclesiam in Hostynny per mortem dom. Johannis vlt. immed. ipsius ecclesie reitoris vacantem, in qua pref. dom. Henslinus et Wilhelmus juspatr. din. obt., discr. virum dom. Johannem de Pulcravilla presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage Anno Domini 1391 die VI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Policzan.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Bawari de Hustyerzan et Johannis de Policzan clientum, in et ad ecclesiam parochialem in Policzan, per mortem dom. Zdislai vlt. et immed. ipsius ecclesie reitoris vacantem, in qua prefati clientes pro equalibus porcionibus juspatr. din. obt., discr. virum dom. Paulum de Nechanicz presbyterum Prag. dioc. crida seu proclm. premissa etc. Datum Prage A. D. 1391 die XIV. mensis Octobris.

E. V. — Ad ecclesiam in *Choynecz.*

Joh. Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Choynecz per resignac. dom. Nicolai vlt. et immed. reitoris eiusdem, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu nobilis viri dom. Andree de Duba dicte ecclesie patroni, discretum virum dom. Johannem olim capellanum in ecclesia parochiali in Sbraslauisz, cum

dicto dom. Nicolao pro ecclesia in Choynecz antedicta permutantem crida seu proclm. premissa etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mensis Octobris.

Ad capellaniam in *Sbraslawicz.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad capellaniam in ecclesia in Sbraslauiez per resignacionem dom. Johannis vltimi et immediati ipsius capellanie reitoris, ex causa permutacionis in manibus etc., de consensu Nobilis viri dom. Nicolai Kolowrath de — dicte capellanie patroni, discretum virum dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Chwoynecz, cum dicto dom. Johanne pro ecclesia antedicta permutantem crida etc. In cuius etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mens. Octobris.

Ad ecclesiam in *Janowicz.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem nobilis viri dom. Purkardi de Janowicz, in et ad ecclesiam paroch. in Janowicz, per mortem dom. Herbaridi vltimi et immediati ipsius ecclesie reitoris vacantem, in qua pref. dom. Purkardus juspatronatus dinoscitur obtinere, discr. virum dom. Nicolaum Przibislai de Mezin presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Lybstat.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam in Libstat ad presentac. nobilis viri dom. Benessij de Walsteyn alias de Lompnicz, per mortem dom. Johannis vlt. et immed. reitoris eiusdem vacantem, in qua pref. dom. Benessius juspatr. din. obt., discr. virum dom. Alssonem altariam altaris setorum Petri et Pauli apostol. ibidem in Lompnicz crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Hradek.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Hradek per resign. dom. Raczkonis vlt. et immed. ipsius ecclesie reitoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu famosi viri Bohunconis clientis ibidem de Hradek, discr. virum dom. Johannem plebanum olim in Prachova, cum dicto dom. Raczone pro ecclesia antedicta in Hradek permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Prachowa.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam in Prachova per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius

eccl. rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Venerab. et Relig. viri dom. Sulkonis prepositi Monasterij Chotyesouiensis ordinis Premonstratensis dicte ecclesie in Prachowa patroni, discr. virum dom. Raczconem olim plebanum in Hradek cum dicto dom. Johanne antedicto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Merbotyuilla*.

Joh. Pomuk Vicarius etc. Data est crida cum confirmatione et commiss. dom. Walthero olim plebano in Merbotyuilla, ad ecclesiam paroch. in Schonow, ex causa permutacionis cum dom. Bartholomeo, de consensu nobilis viri dom. Johannis de Michelsperg patroni dicte ecclesie deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie in *Kampnicz*. Datum Prage A. D. 1391 die XVII. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Schonow*.

Ano die quibus supra data est crida cum commissione et confirm. dom. Bartholomeo olim plebano ecclesie in Schonow, ad ecclesiam parochialem in Merbotyuilla ex causa permutacionis cum dom. Walthero, de consensu nobilis viri dom. Johannis de Michelsperg patroni dicte ecclesie in Merbotyuilla, deputatus est sibi pro executore plebanus in *Pertoldyuilla*.

Ad ecclesiam in *Czihan*.

Ano quo supra die XIX. mensis Octobris data est crida cum commissione et cfirmacione dom. Leoni olim plebano ecclesie in Sitborz, ad ecclesiam in Czihan ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu Venerabilium et Relig. virorum dom. Bohussij Abbatis et conuentus Monasterij Tep-lensis ordinis Premonstratensis dicte ecclesie in Czihan patronorum. Deput. est. sibi pro exec. plebanus ecclesie in *Krss*.

E. VI. — Ad ecclesiam in *Sitborz*.

Anno quo supra die XIX. mensis Octobris data est crida cum commissione et confirmatione dom. Jahanni olim plebano ecclesie in Czihan ad ecclesiam in Czihan, ex causa permutacionis cum dom. Leone, de consensu nobilis viri Borinkonis de Sitcarz (sic) Burgrauj in Tusta dicte ecclesie in Sitborz patroni. Dep. est sibi pro exec. plebanus in *Meczlaw*.

Ad altare sanctorum martirum Wenceslai et Procopij in ecclesia *Scti Leonardi Maioris ciuitatis Prag.*

Joh. Pomuk decr. doctor. etc. Quod nos in et ad altare sctor. Martirum Wenceslai et Procopij in ecclesia Scti Leonardi

Maioris ciuitatis Prag., per resignacionem dom. Hasconis vlt. et immed. ipsius altaris rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacans, de consensu discretorum virorum dom. Wenceslai plebani ecclesie in Litoznicz et Wachonis frenificis ciuis dicte Maioris ciuit. Prag. dicti altaris patronorum, discr. virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie Scti Martini Minoris dicte ciuitatis Prag. cum dicto dom. Hascone pro altari antedicto permutantem crida etc. Dat. Prage A. D. 1391 die XIX. mensis Octobris.

Ad ecclesiam Scti *Martini Minoris maioris ciuitatis Pragensis*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad ecclesiam Scti Martini Minoris maioris ciuitatis Pragensis per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu honorb. viri dom. Nicolai de Wsserub, Prag. et Scti Georgij in castro Prag. ecclesiarum canonici, procuratoris generalis honorab. viri dom. Johannis de Malessicz Scolastici ecclesie Prag. antedicte, dicte ecclesie Scti Martini Patroni, discr. virum dom. Hasconem olim altaristam altaris sctorum Martirum Wenceslai et Procopij in ecclesia Scti Leonardi eiusdem maioris ciuitatis Prag. cum dicto dom. Johanne pro ecclesia antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XIX. mensis Octobris.

Ad ecclesiam parochialem in *Harawicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Venerab. et Religiosi viri dom. Marcoldi prioris generalis per Bohemiam, Morauiam, Austriam et Poloniam ordinis hospitalis fratrum Scti Johannis Jerosolymitani, in et ad ecclesiam parochialem in Harawicz, per liberam resignacionem fratris Jacobi vlt. et immed. rectoris in manibus nostris etc. vacantem, in qua prefatus dom. Marcoldus prior generalis juspatr. dinoscitur obtinere, honorab. et Relig. virum fratrem Procopium dicti ordinis professum crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XX. mensis Octobris.

Ad ecclesiam parochialem in *Bucowina*.

Anno quo supra die XXI. mensis Octobris data est crida cum commissione et confirmatione dom. Benissio de Lkan presbytero, ad ecclesiam parochialem in Bucowina per resignacionem dom. Frane vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem etc., ad presentacionem et petic. famosi viri Rocho-nis clientis ibidem de Bucowina. Deputatus est sibi pro exec. plebanus ecclesie in *Maszow* etc.

Ad ecclesiam parochialem in *Wzduna*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Nobilis viri dom. Johannis in Nouadomo, in et ad ecclesiam parochialem in Wzduna per mortem dom. Conradi vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Johannis juspatr. dinoscitur obtinere, discretum virum Martinum natum Blasij de Stracz clericum Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXIII. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Manyetin*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Relig. viri dom. Marcoldi de Wruticz, prioris generalis domorum per Bohemiam, Morauiam, Poloniam et Austriam ordinis Sti Johannis Jerosolymitani, in et ad ecclesiam paroch. in Manyetin per resignationem liberam fratris Mathie vlt. et immed. rectoris in manibus etc. vacantem, in qua pref. dom. prior juspatronatus dinoscitur obtinere, Relig. virum fratrem Gallum dicti ordinis professum crida seu proclam. etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVI. mensis Octobris.

E. VII. — Ad ecclesiam in *Zizelicz*.

Joh. Pomuk decr. doctor Archidiac. Zacensis etc. Quod nos ad presentationem et petic. Venerab. et Religiosi viri fratris Johannis prioris generalis ordinis fratrum Sti Augustini de penitencia beatorum Martirum, in et ad ecclesiam paroch. in Zizelicz, per mortem dom. Nicolai vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dom. generalis juspatron. dinosc. obtinere, Religiosum virum fratrem Mauricium olim plebanum ecclesie in Saczan crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVI. mensis Octobris.

Ad ecclesiam parochialem in *Krchleynss*.

Anno quo supra die XXVII. mensis Octobris data est crida cum commissione et confirmatione dom. Johanni olim plebano ecclesie in Juuenifago, ad ecclesiam paroch. in Krchleynss, per resignationem dom. vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentationem et petic. discreti viri Andree Polnari et fratrum ipsius dicte ecclesie patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie in Czaslawia.

Ad ecclesiam in *Wylemowicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. discretorum virorum Markolthonis dicti Beran cuius Czaslawiensis, et Hermanni clientis de Wylemowicz, in et ad eccle-

siam paroch. ibidem in Wilemowicz, per mortem dom. Wenceslai vlt. et immed. ipsius ecclesie vacantem, in qua pref. Markoldus et Hermannus juspatronatus dinoscitur obtinere, discr. virum dom. Nicolaum Duchconis de Czaslawia presbyterum Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVII. mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Czrhowicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Dei gracia Rom. Regis semper Augusti et Boemie Regis, in et ad ecclesiam paroch. in Czrhowicz per mortem dom. Petri vlt. et immed. ipsius eccl. rectoris vacantem, in qua dom. pref. Rex juspatr. din. obt., discr. virum dom. Henricum de Libedicz presbyt. Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die penultima mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Nebouid*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Vrsule relicte Vincencij de Rosental et Wenceslai filij ipsius, nec non Henrici de Rosental et Wenceslai de Pieska, ciuium in Montibus Chutnis, Tutorum heredum Vincencij antedicti, in et ad ecclesiam parochialem in Nebouid per mortem dom. Nicolai vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua preminati juspatronatus modo premissis dinosc. obtinere, discr. virum dom. Nicolaum Nicolai de Frankenberg clericum Misnensis diocesis crida seu etc. Datum Prage A. D. 1391 die penultima mensis Octobris.

Ad ecclesiam in *Juuenifago*.

Anno Dom. M. etc. die tercia mensis Nouembris data est crida cum commissione et confirm. dom. Johanni presbytero de Trutnow vacantem pro eo, quod dom. Johannes vltimus et immediatus ecclesie rector ecclesiam parochialem in Krchlens est pacifice assecutus, ad presentationem famosi Petri clientis dicti Meyhenwalde de Scheczler dicte ecclesie in Juuenifago patroni, et fuit sibi pro exec. decanus Lunensis plebanus in Prusnicz deputatus.

Ad ecclesiam in *Sobiesuk*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos ad presentationem et petic. famosi viri Raczkonis clientis de Sobiesuk, in et ad ecclesiam paroch. ibidem in Sobiesuk per mortem dom. Galli vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua pref. cliens juspatr. dinos-

citur obtinere, discretum virum Conradum natum Petri de Tyn clericum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die tercia mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Nouacoloniam*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Notum facimus tenore presentacionem et petic. Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Dei gracia Romanorum semper Augusti et Boemie Regis, in et ad ecclesiam parochialem in Nouacoloniam per liberam resignacionem dom. Wenceslai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris in manibus etc. vacantem, in qua pref. dom. Rex juspatr. din. obt., honrbl. virum dom. Martinum de Miza presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die VIII. mensis Nouembris.

E. VIII. — Ad ecclesiam in *Crymaw*.

Joh. Pomuk decr. doct. etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Venerb. et Relig. viri dom. Johannis de Muelhein prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis Sete Marie de domo theutonica in et ad ecclesiam paroch. in Crymaw, per mortem dom. Nicolai vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, in qua pref. dom. prouincialis juspatr. din. obt., discr. virum Rynoldum de Schenfels clericum crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die VIII. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Jedlka*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentac. et petic. Nobilis viri dom. Johannis de Michilsparg, in et ad ecclesiam parl. in Jedlka per mortem dom. Wenceslai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Johannes juspatr. din. obt., discr. virum dom. Martinum Jacobi de Chomuticz presbyterum Prag. dioc. crida seu procl. premissa etc. Datum Prage A. D. 1391 die X. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Nouauilla*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Reuerendissimi in Christo patris sancte Prag. ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis legati, et nobilis viri dom. Pawliconis et honorbl. dom. Wenceslai prepositi Tinensis fratrum germanorum dom. Archiepiscopi predicti de Jenczenstain, in et ad ecclesiam paroch. in Nouauilla per mortem dom. Michaelis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati superius nominati juspatr. din. obt., disc. virum dom. Procopium presbyterum de Praga Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XIII. mensis Nouembris.

Ad capellaniam perpetuam in *Chotyborz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad pres. et petic. prouidorum virorum Henslini dicti Kwezurowsky, Otlini antiqui, Otlini junioris et Veliconis de Acie, ciuium ciuitatis in Chotyborz, in et ad capellaniam perpetuam in ecclesia parochiali ibidem in Chotyborz per prefatos ciues de nouo dotatam, per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, in qua prefati ciues juspatr. din. obt., discr. virum dom. Bartholomeum natum Blasij de Glathowia presbyterum Prag. dioc. rectorem legitimum instituumus et capellanum. Dat. Prage A. D. 1391 die XV. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Saczan*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Venerab. et Relig. viri fratris Johannis prioris generalis fratrum ordinis Scti Augustini de penitencia beatorum Martirum Prag. diocesis, in et ad ecclesiam paroch. in Soczan vacantem ex eo, quod frater Mauricius vlt. et immed. rector eiusdem aliud beneficium incompatible est pacifice assecutus, in qua prefatus prior juspatr. din. obt., Relig. virum fratrem Nicolaum professum dicti ordinis Scti Augustini, crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage A. D. 1391 die XVIII. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Tussmicz*.

Anno quo supra die vicesima mens. Nouembris data est crida cum commissione et confirmacione dom. Petro de Morgental presbytero Nuemburgensis diocesis, ad ecclesiam paroch. in Tussmicz, per mortem dom. Conradi vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem et petic. honorab. et Relig. viri dom. Nicolai Abbatis Monasterij in Gremenham ordinis Cisterciensis Prag. dioc., deput. est sibi pro exec. plebanus ecclesie in *Strana* etc.

Ad vicariam seu perpetuam capellaniam in *Wrzieskowicz*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. nobilium virorum dom. Nyepronis de Rupow et Purkardi ibidem in et ad vicariam seu perpetuam capellaniam in ecclesia parochiali in Wrzieskowicz per predictos dom. dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, in qua prefati nobiles juspatr. din. obt., discr. virum dom. Georgium natum Bohunconis olim de Wrzieskowicz crida etc. In cuius rei testimon. presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage A. D. 1391 die XXIII. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Olessna*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Dei gracia Roman. et Boemie Regis, in et ad ecclesiam parochialem in Olessna per mortem dom. Cunssonis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vac., in qua pref. dom. Rex juspatr. din. obt., discr. virum dom. Wenceslaum de Raconik presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVIII, mensis Nouembris.

E. IX. — Ad ecclesiam in *Dobrzechow*.

Joh. Pomuk decretorum doctor, Vicarius in Spiritualibus etc. Notum facimus tenore vniuersis, quod nos ad presentacionem et petic. nobilis viri dom. Erhardi de Skal alias de Kunstat, commissarij et tutoris bonorum nobilis viri dom. Boczkonis de Cunstat dicti de Podyegrad, in et ad ecclesiam parochl. in Dobrzechow per mortem dom. Petri vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, in qua pref. nobilis Boczko juspatr. din. obt., discr. virum dom. Johannem de Cossicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXIV. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Chotowin*.

Anno quo supra data est crida cum commissione et confirm. dom. Johanni dicto Lutka olim altaris altarium S. Marie Niuis in castro Prag. et Sete Katherine in ecclesia Sete Marie ante letam curiam ad ecclesiam in Chotowin ex causa permutacionis cum dom. Andrea olim plebano dicte ecclesie, de consensu nobilis viri dom. Henrici de Rosemberg patroni dicte ecclesie. Deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie in Hosticz die XXIV. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Liczen*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochl. in Liczen Prag. dioc. per resignacionem dom. Prziechonis vlt. et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris etc. vacantem, de consensu nobilium virorum Hincconis dicti Hlawacz de Trziebohouicz alias de Duba, Theodrici de Richnow nec non Mixiconis de Hodyecz in ac Rohomladonis de Liczen clientum dicte ecclesie in Liczen patronorum, discr. virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Dasicz Luthomislens dioc. cum dicto dom. Prziechone pro ecclesia in Liczen antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVII. mensis Nouembris.

Ad altare concepcionis beate Marie Virg. in ecclesia parochiali in *Glatthouia*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem Libhardi de Glatthouia, cuius ciuitatis in Nouapilzna, et Dorothee consortis Ruperti de Cluczna nomine Sigismundi filij sui, de consensu et voluntate honorabilis viri dom. Henslini plebani ecclesie in Glatthouia, in et ad altare concepcionis beate Marie Virg. in ecclesia paroch. ibidem in Glatthouia, per liberam resignacionem dom. Andree vlt. et immed. rectoris eiusdem in manibus honorb. viri dom. decani Glatthouiensis plebani ecclesie in Szczepanowicz ex commissione nostra speciali facta et per ipsum recepta et admissa vacans, in quo prenominati Libhardus et Dorothea juspatr. dinoscuntur obtinere, discretum virum dom. Blasium de Vsk super Luznicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXVII. mensis Nouembris.

Ad altare Sete Trinitatis in *Lipa*.

Anno quo supra die penultima mens. Nouembris data est crida cum commissione et confirmacione dom. Johanni plebano ecclesie in Hrziedicz Luthomislensis diocesis ad altare sancte Trinitatis in ecclesia parochl. in Lipa, ad presentacionem prouidorum virorum Jacobi magistri ciuium et Hynczonis cuius ciuitatis in Lipa dicti altaris patronorum, per resignacionem dom. Henrici, ex causa permutacionis in manibus etc. vacans, deputatus pro executore plebanus ibidem in *Lipa*.

Ad altare Sete Katherine in ecclesie *Sete Marie ante letam curiam*.

Joh. Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos in et ad altare Sete Katherine in ecclesia paroch. Sete Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius altaris rectoris ex causa permutacionis in manibus etc., de consensu prouidorum virorum Mathie de Turri alias de Chlumyn et Hanze similiter de Turri, ciuium eiusdem maioris ciuitatis Prag. dicti altaris Sete Katherine patronorum, discr. virum dom. Andream olim plebanum ecclesie in Chotowin cum dicto dom. Johanne pro altari predicto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die prima mensis Decembris.

Ad ecclesiam in *Luchow*.

Anno quo supra die secunda mensis Decembris data est crida cum commiss. et confirm. dom. Nicolao de Newumdorff

presbytero Prag. dioc., ad ecclesiam in Luchow ad presentationem dom. Arnesti de Schonburg dom. in Birchnstein, per mortem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eiusdem. Deputatus est sibi pro exec. decanus *Cadanensis* plebanus ecclesie in *Wilhelmicz*.

E. X. — Ad altare Omnium Sanctorum in ecclesia Scte Marie ante letam Curiam maioris ciuitatis Pragensis.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. prouidi viri Cunczmani ciuis maior. ciuit. Prag., in et ad altare Omnium Sanctorum in ecclesia paroch. Scte Marie ante letam curiam maioris ciuitatis per liberam resignacionem Sigismundi clerici vlt. et immed. ipsius altaris rectoris vacans, in quo pref. Cunczmannus ciuis juspatr. din. obt., discr. virum Simonem Petri de Libezicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1391 die IV. mensis Decembris.

Ad ecclesiam in *Randsfurt*.

Joh. Pomuk decret. doctor etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Randsfurt per resignacionem dom. Bohuslai vlt. et immediati rectoris eiusdem ex causa permutacionis etc. vacantem, de consensu Relig. viri dom. dom. Conradi Abbatis in Waltsassen ordinis Cisterciensis Ratisponen. dioc. dicte ecclesie in Randsfurt patroni, discr. virum dom. Lytoldum olim plebanum ecclesie in Minychreyt dicte Ratispon. dioc. cum dicto dom. Bohuslao pro ecclesia in Randsfurt antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die X. mens. Decembris.

Ad ecclesiam in *Rokytnicz*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos in ad ecclesiam in Rokyticz per resignacionem dom. Wenceslai vlt. et immed., ipsius ecclesie rectoris ex causa permutac. in manibus etc. vacantem, de consensu Nobilis viri dom. Czenconis de Donyng dicte ecclesie in Rokyticz patroni, discr. virum dom. Haskonem olim plebanum ecclesie in Olesnicz cum dicto dom. Wenceslao pro dicta ecclesia in Rokyticz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XIII. mensis Decembris.

Ad ecclesiam in *Olesnicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Olesnicz per resignacionem dom. Haskonis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permut. in man. n. fac. per nos recep. et admissam vacantem, de consensu Nobilis viri

dom. Wenceslai de Wartemberg dicte ecclesie in Olesnicz patroni, discr. virum dom. Wenceslaum olim plebanum ecclesie in Rokyticz, cum dicto dom. Haskone pro ecclesia in Olesnicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XIII. mensis Decembris.

Ad ecclesiam in *Styepanicz*.

Die XIV. mens. Decembris data est crida cum commissione et confirmacione dom. Haskoni olim plebano ecclesie in Rokyticz ad ecclesiam in Styepanicz ex causa permutacionis cum dom. Benessio de consensu Nobilis viri dom. Sdenconis patroni ecclesie in Styepanicz predicte, et fuit sibi pro executore plebanus in *Gylempnicz* deputatus.

Ad ecclesiam in *Rokytnicz*.

Die XIV. mensis Decembris data est crida cum commiss. et confirm. dom. Benessio olim plebano ecclesie in Styepanicz, ad ecclesiam in Rokyticz ex causa permutacionis cum dom. Haskone, de consensu Nobilis viri dom. Czenconis de Donyng dicte ecclesie in Rokyticz patroni, et fuit sibi pro exec. plebanus in *Rychemberg* deputatus.

Ad ecclesiam in *Lompnicz*.

Anno quo supra die XV. mensis Decembris data est crida cum commissione et confirm. dom. Vito dicto Kzel de Wodnano ad ecclesiam paroch. in Lompnicz vacantem ex eo, quod dom. Wenceslaus vltimus et immed. rector dicte ecclesie ordinem canonicorum Regularium in Trziebon canonicus est professus, ad presentationem Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Romanorum semper Augusti et Boemie Regis. Deputatus est sibi pro executore honorabilis vir magister Borsso Archidiaconus *Bechinensis*.

Ad ecclesiam in *Sudymirzicz*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis quod nos ad presentationem et petic. Nobilis viri dom. Petri de Stemberg in et ad eccles. parochialem in Sudymirzicz vacantem ex eo, quod dom. Johannes vlt. et immed. rector eiusdem aliud beneficium incompatible est pacifice assecutus, in qua pref. dom. Petrus juspatr. dinoscitur obtinere, discr. virum Theodricum Petri de Praga notarium Illustris Principis dom. Jodoci Marchionis Morawie. Datum Prage A. D. 1391 die XVI. mensis Decembris.

F. I. — Ad ecclesiam in *Hemz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis viri dom. Pothe de Czastolowicz, in et ad ecclesiam parochl. in Hemz per mortem dom. Fridrici vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua pref. dom. Potha juspatr. din. obt., discr. virum dom. Petrum Johannis de Rowensko presbyterum Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXII. mensis Decembris.

Ad ecclesiam in *Kristin*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis viri dom. Wilhelmi de nouo Ryseberg, in et ad ecclesiam paroch. in Kristin per mortem dom. Andree vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dom. Wilhelmus juspatronatus dinosc. obtinere, discr. virum dom. Petrum presbyterum de Kanyecz presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXII. mens. Decembris.

Ad altare Scti Sigismundi in ecclesia sancte Marie in *Pilgraniss*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem prefati dom. Archiepiscopi Prageni, nec non iudicis et juratorum opidi in Pilgraniss in et ad altare Scti Sigismundi in ecclesia sancte Marie ibidem in Pilgraniss de nouo datum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quo prefati dom. Johannes Archiepiscopus, iudex et jurati juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dom. Petrum de Malowar presbyterum Pragensis diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1391 die XXII. mensis Decembris. Et altare predictum erectum in beneficium ecclesiasticum die XVIII. mensis Decembris predicti.

Anno Millesimo Trecentesimo Nonagesimo
Secundo.Ad ecclesiam in *Kostomlath*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis viri dom. Pothe de Czastolowicz, ad ecclesiam parochialem in Costomlath per mortem dom. Wenceslai vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dominus Potha juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dominum Nicolaum olim plebanum in Kosteletz crida etc. Datum Prage Anno Domini 1392 die III. mensis Januarij.

Ad ecclesiam *Sti Petri in Insula Pragensi*.

Johannes Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem Sti Petri in Insula Pragensi, per resignationem dom. Andree vlt. et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus nostris factam et per nos receptam et admisam, de consensu prefati dom. Johannes Archiepiscopi patroni dicte ecclesie, discretum virum Odolonium, olim Mansionarium chori beatissime Marie Virginis in dicta ecclesia Pragensi cum dicto dom. Andrea pro mansionaria predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die III. mensis Januarij.

Ad ecclesiam parochialem in *Lompnicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi Principis dom. Wenceslai, Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis, in et ad ecclesiam parochialem in Lompnicz vacantem ex eo, quod dom. Wenceslaus vlt. et immed. ipsius ecclesie rector ordinem Monasterij canonicorum regularium in Trziebon ordinis Sti Augustini canonicus est professus, in qua prefatus dom. Wenceslaus Rex juspatr. dinosc. obtinere, discretum virum Vitum Gssel de Wodnano clericum Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die IV. mensis Januarij.

Ad ecclesiam in *Costelec*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilium virorum dom. Pothe de Czastolowicz et Vlrici de

Nachod alias de Costelec, in et ad ecclesiam paroch. ibidem in Costelec per liberam resignacionem dom. Nicolai vlt. et immed. rectoris eiusdem in manibus nostris etc. vacantem, in qua prefati Nobiles viri juspatron. dinoscuntur obt., discr. virum dom. Johannem de Nymburga presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XII. mensis Januarij.

Ad ecclesiam in *Guntherivilla*.

Anno Domini 1392 die XII. mensis Januarij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Petro presbytero de Luthomericz ad ecclesiam in Guntheri Villa, per liberam resignacionem dom. Vtkonis vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem. Deputatus est sibi pro executore decanus *Lippensis* plebanus in *Benessow*.

F. II. — Ad ecclesiam in *Wilemow*.

Anno quo supra die XIII. mensis Januarij commissum est dom. decano Czaslouiensi plebano in Jenicow, ut recipiat resignacionem a dom. Welislao plebano seu rectore ecclesie parochialis Ste Marie in Wilemow, et ea recepta quod premittat cridam, deputatus per dom. Abbatem dicti Monasterij in Wilemow, ad ecclesiam ibidem, quam de cetero et in antea Vicariam perpetuam et non plebaniam censi et nominari volumus, et eadem crida premissa eundem presentatum ad dictam Vicariam confirmet, si nullus apparuerit contradictor et aliud canonicum impedimentum non obstiterit.

Ad ecclesiam in *Hrob*.

Johannes Pomuk decretorum doctor etc. Quod nos ad presentacionem et petic. famosi viri Andree dicti Rohacz clientis residentis in Zwiestow, tutoris pupillorum Alberti dicti Massopust bone memorie de Hrob per mortem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus Andreas nomine tutorio pupillorum predictorum juspatr. din. obt., discretum virum magistrum Stephanum de Stankow magistrum in artibus, presbyterum Pragen. diocesis crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Januarij.

Ad ecclesiam in *Otryb*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Otryb per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Kunasconis de Hodkow dicte ecclesie in Otryb patroni, discr. virum dom. Johannem olim

plebanum ecclesie in Mczel cum prefato dom. Johanne pro dicta ecclesia in Otryb permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mensis Januarij.

Ad ecclesiam in *Mczel*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Mczel, per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Venerab. viri dom. Wenceslai de Jenczstein canonici prebendati ecclesie Prag. predicte dicte ecclesie in Mczel patroni, discretum virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Otryb cum dicto dom. Johanne in Mczel antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mensis Januarij.

Ad altare seu officium predicacionis Scti Johannis Bapt. in superiori parte ecclesie *Scti Galli maioris ciuitatis Prag.*

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos ad presentacionem et petic. honorab. viri dom. Leonardi plebani ecclesie Scti Galli Maioris ciuitatis Pragen., in et ad altare et capellam Scti Johannis Bapt. in superiori parte ecclesie Scti Galli predicte, et officium predicacionis eisdem annexum per dictum dom. plebanum de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quibus altari, capella et officio predicacionis prefatus dom. plebanus juspatr. din. obt., honorab. virum dom. magistrum Nicolaum de Jawr sacre theologie baccalaureum et magistrum in artibus, rectorem legitimum instituumus et ministrum, ipsumque de predicto altari et capella et officio predicacionis cum omnibus ipsorum iuribus et pertinencijs inuestiuimus et presentibus inuestimus, ipsum ad predictum altare et capellam et officium predicacionis confirmantes, ita tamen et taliter, quod cedente uel decedente dicto magistro Nicolao aut dictis beneficio et officio quocumque alio modo vacantibus, dom. plebanus ecclesie Scti Galli memoratus, qui est uel fuerit pro tempore, de dictis beneficio et officio possit persone, ydonee, apte ad predicacionis officium tocies quociens opus fuerit, manualiter prouidere, prout in literis dotacionis et ereccionis dictorum beneficiorum et officiorum plenius continetur. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vic. nostri appensione iussimus communi. Datum Prage Anno D. 1392 die vltima mensis Januarij.

Ad ecclesiam in *Dobrowitow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Dobrowitow per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed.

ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosorum virorum Wenceslai, Hrochonis et Sobyehrdi clientum de Dobrouitow, ibidem dicte ecclesie in Dobrouitow patronorum, discr. virum dom. Simonem olim plebanum ecclesie in Michalowicz, cum dicto dom. Johanne pro ecclesia in Dobrowitow predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VII mensis Februarij. — Eodem die data est confirmacio dom. Johanni olim plebano in Dobrowitow, ad ecclesiam in Michalowicz (F. III.), de consensu Peskonis clientis ibidem de Michalowicz dicte ecclesie in Michalowicz patroni sub die et Anno ut supra.

Ad ecclesiam in *Michalowicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Michalowicz per resignacionem dom. Johannis, vlt. et immed. rectoris eiusdem, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosi viri Pessconis clientis de Michalowicz dicte ecclesie in Michalowicz patroni, discretum virum dom. Mauricium olim plebanum ecclesie in Petrowicz cum dicto dom. Johanne pro ecclesia sua in Michalowicz antedicta permutantem crida seu proclam. Datum Prage A. D. 1392 die XV. mensis Nouembris.

Ad ecclesiam in *Petrowicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Petrowicz, per resignacionem dom. Mauricij vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosi viri Nicolai clientis ibidem de Petrowicz dicte ecclesie in Petrowicz patroni, discr. virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Michalowicz, cum dicto domino Mauricio pro ecclesia in Petrowicz antedicta permutantem, crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum institutum et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie sibi committimus, ipsum ad predictam ecclesiam transferentes. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage A. D. 1392 die XV. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Kotwy*.

Data est crida cum commissione et confirmacione dom. Nicolao plebano ecclesie in Brziesye, ad ecclesiam paroch. in Kotwy ex causa permutacionis cum dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Brziesye, de consensu famosorum virorum Slawiborij et Hroznate clientum ibidem de Kotwy patronorum dicte ecclesie in Kotwy. Pro executore deputatus est sibi

plebanus ecclesie in *Zassan*. Anno quo supra die XV. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Brziesye*.

Anno quo supra die XV. mensis Februarij data est crida cum commissione et confirm. dom. Nicolao plebano ecclesie in Kotwy ad ecclesiam paroch. in Brziesye ex causa permutacionis cum dom. Nicolao plebano ecclesie in Kotwy, de consensu Venerab. et Religiosi viri dom. Bohussij Abbatis Monasterij Teplensis ordinis Premonstratensis dicte ecclesie in Brziesye patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Pernharticz*.

Ad ecclesiam in *Lnarz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Lnarz per resignacionem dom. Nicolai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris etc. vacantem, de consensu Nobilis viri dom. Conradi militis ibidem in Lnarz patroni, discr. virum dom. Welislaum olim plebanum ecclesie in Naczeracz cum dicto dom. Nicolao pro ecclesia in Lnarz predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVI. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Naczeracz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Naczeracz per resignacionem dom. Velislai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Nobilium virorum dom. Johannis et Pauli fratrum de Wlassim dicte ecclesie in Naczeracz patronorum, discretum virum dom. Nicolaum plebanum ecclesie in Lnarz cum prefato dom. Velislao pro ecclesia in Naczeracz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVI. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Hradist*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem Nobilis viri dom. Alberti Senioris de Colowart Capitani terre aduocatorum, in et ad ecclesiam paroch. in Hradistz per mortem dom. Nicolai dicti Suild vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Albertus juspatr. din. obt., discr. virum dom. Rudolphum natum Purssonis de Hozzan, presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXI. Februarij.

Ad ecclesiam in *Neprziewecz*.

Anno quo supra die XXII. mensis Februarij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Johanni dicto Krzywik, presbytero de Hodkouciz ad ecclesiam parochialem in Neprziewecz ad presentacionem Nobilis viri dom. Petri de Wartemberg alias de Kost, per liberam resignacionem dom. Jarconis vltimi et immediati rectoris eiusdem. Deputatus est sibi pro exec. decanus *Hradiscensis* plebanus in *Ossiek*.

F. IV. — Ad ecclesiam in *Wrssecz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Wrssecz per resignacionem dom. Petri vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu honorabilium virorum dom. Capituli ecclesie Scti Appollinaris noue ciuitatis Prag. dicte ecclesie in Wrssecz patronorum, discr. virum dominum Johannem olim plebanum ecclesie in Luczen cum prefato dom. Petro pro ecclesia antedicta in Wrssecz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Luczen*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Luczen per resignacionem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosorum virorum Johannis et Zdenconis clientum de Kopidlna dicte ecclesie in Luczen patronorum, discretum virum dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Wrssecz cum dicto dom. Johanne pro ecclesia in Luczen antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Zablatie*.

Anno Dom. 1392 die vltima mensis Februarij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Otticoni olim plebano ecclesie in Borssow ad ecclesiam in Zablatie, ex causa permutacionis cum Zeidlino, de consensu Sigismundi Huler subcamerarij Regni Boemie dicte ecclesie in Zablatie patroni. Deputatus est sibi pro exec. plebanus in *Baworow*.

Borssow.

Anno quo supra die vltima mens. Februarij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Zeidlino olim plebano in Zablatie ad ecclesiam in Borssow, ex causa permutacionis cum dom. Otticone de consensu dom. Ottonis Abbatis Mona-

sterij in Altouado ordinis Cistercien. Prag. diocesis. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Baworow*.

Ad ecclesiam *Sti Petri in suburbio ciuitatis Grecensis*.

Anno quo supra, die prima mensis Marcij, data est commissio ad dom. Paulum Choczna canonicum Wissegrad. curie episcopalis Luthomislensis Officialem, quod transferat dom. Przechonem plebanum ecclesie in Holicz Luthomislens. dioc. ad ecclesiam Sti Petri in suburbio Grecensi Prag. diocesis de consensu dom. Petri Abbatis et Conuentus Monasterij Opatouicensis dicte ecclesie Scti Petri patronorum.

Ad ecclesiam Scte Marie in *Chotyessow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem Venerab. et Religiosi viri dom. Sulkonis prepositi Monasterij Chotyessou, ordinis Premonstratensis, in et ad ecclesiam Ste Marie in Chotyessow per liberam resignacionem dom. Bohussij vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris in manibus nostris etc. vacantem, in qua dom. prepositus predictus juspatr. din. obt., Religiosum virum fratrem Vlricum professum Monasterij Teplensis ordinis predicti crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage A. D. 1392 die VII. mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Mnychow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Mnychow per resignac. dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu famosorum virorum Hinconis de Erkerzicz et Peczmani de Swoykow, residencium ibidem in Mnychow dicte ecclesie in Mnychow patronorum, discr. virum dom. Johannem olim rectorem capelle Sti Andree sub castro Prag. cum dicto domino Johanne pro ecclesia in Mnychow predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VIII. mensis Marcij.

Ad capellam *Scti Andree sub castro Pragensi*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad capellam Scti Andree sub castro Prag. per resignac. dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutac. in manibus etc. vacantem, de consensu Venerab. et Relig. viri dom. Johannis Abbatis Monasterij Auleregie ordinis Cistercen. Prag. dioc. dicte capelle patroni, discr. virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Mnychow, cum dicto dom. Johanne pro capella predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VIII. mensis Marcij.

F. V. — Ad ecclesiam parochialem in *Vpicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Nobilis viri dom. Hinaczkonis de Duba alias de Wissenburg, in et ad ecclesiam parochialem in *Vpicz*, per mortem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Hinaczko juspatr. din. obtinere, discr. virum dom. Martinum dictum Kraliss presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XI. mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Vgezd*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochl. in *Vgezd* per resignacionem dom. Alssonis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutac. in manibus etc. vacantem, de consensu Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis semper Augusti dicte ecclesie in *Vgezd* patroni, discr. virum dom. Jaclinum olim plebanum in *Senomath* cum dicto dom. Alssone pro ecclesia in *Vgezd* predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XV. mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Senomath*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochl. in *Senomath* per resignacionem dom. Jaclini vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis dicte ecclesie in *Senomath* patroni, discr. virum dom. Alssonem olim plebanum ecclesie in *Vgezd* cum prefato dom. Jaclino pro ecclesia in *Senomath* antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XV. mensis Marcij.

Ad altare Scti Johannis Ewangeliste in *Dieczin*.

Anno quo supra die IX. mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Jacobo dicto *Crawer* presbytero de *Vsk*, ad altare Scti Johannis Ewang. in ecclesia parochl. in *Dieczin*, per resignacionem liberam dom. Johannis vacans vlt. et immed. rectoris eiusdem, ad presentationem nobilis viri dom. Johannis de *Wartemberg* et dom. in *Dieczin*, et deputatus est sibi pro exec. plebanus in *Neboczan*.

Ad ecclesiam in *Antiqua Paka*.

Anno Domini 1392 die XXIII. mensis Marcij data est crida cum commiss. et confirm. dom. Cruci presbytero de *Krathonoh*, ad ecclesiam parochl. in antiqua *Paka*, per mor-

tem dom. *Wochkonis* vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, ad presentationem nobilis dom. *Henrici de Columburg* dicti de *Wartemberg*. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Juuenipaka*.

Ad ecclesiam parochialem in *Postupicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Strenui militis *Sdenconis* de *Postupicz*, in et ad ecclesiam parochl. ibidem in *Postupicz*, per mortem dom. *Bartholomei* vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. *Sdenco* juspatr. dinoscitur obtinere, discretum virum dom. *Mathiam Martini* de *Janow* presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXII. mensis Marcij.

Ad ecclesiam parochialem in *Chotussicz*.

Joh. Pomuk. etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochl. in *Chotussicz* per resignac. dom. *Conradi* vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Venerb. viri dom. *Wenceslai Abbatis Monasterij Czedlicensis ordinis Cistercien*. dicte ecclesie in *Chotussicz* patroni, discr. virum dom. *Petrum* olim plebanum ecclesie in *Trziebonyn* cum dicto dom. *Conrado* pro ecclesia in *Chotussicz* permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Marcij.

Ad ecclesiam in *Trziebonyn*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in *Trziebonyn* per resign. dom. *Petri* vlt. et immed. ipsius eccl. rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu prouidi viri *Jaxonis de Pyeska* cuius de *Montibus Chutnis* ac *Mathie* nati *Dobrohostonis* de *Trziebonyn* dicte ecclesie in *Trziebonyn* patronorum discr. virum dom. *Conradum* (F. VI.) olim plebanum ecclesie in *Chotussicz*, cum dicto dom. *Petro* pro eadem ecclesia in *Trziebonyn* permutantem crida etc. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mens. Marcij.

Ita tamen, quod prescripti patroni modum et ordinem in presentando rectorem ad dictam ecclesiam, postquam ipsam per mortem aut ex quacumque alia causa vacare contigerit, iuxta ordinacionem vicissitudinis in confirmacionibus prioribus discriptis et regestratis confirmacionem insertam, et signanter confirmacionem dom. *Petro* olim ad eandem ecclesiam datam per se et successores ipsorum obseruent inuiolabiliter in nullo contraueniendo. Datum etc.

Ad ecclesiam in *Bornfloss*.

Die prima mensis Aprilis commissa est resignacio ecclesie parochialis in Bornfloss honorabili viro decano Tinensi, quod si inueniretur fore factam liberam et sponte per dictum dom. Nicolaum plebanum ecclesie in Bornfloss, ex tunc facta proclamacione in sua ecclesia consueta de presentato videlicet dom. Jacobo de Soboten presbytero Prag. dioc. et si nullus apparuerit contradictor, eundem confirmet ad dictam ecclesiam in Bornfloss.

Ad ecclesiam in *Osseczna*.

Die qua supra data est crida cum commissione et confirm. dom. Nicolao presbytero de Camenicz Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Osseczna, per mortem dom. Martini vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem et petic. Nobilis viri dom. Petri de Wartemberg alias de Dyewin. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Sweborzicz*.

Ad ecclesiam in *Kozogied*.

Die secunda mensis Aprilis anno quo supra data est crida cum confirmacione et commissione dom. Johanni dicto Krymer de Grywez presbytero Nuemburgensis diocesis, ad ecclesiam paroch. in Kozogyed, per mortem dom. Daliconis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem Nobilium virorum dom. Alberti, Nicolai, Purkardi et Herbaridi fratrum germanorum de Kolowrath, dicte ecclesie in Kozogied patronorum, et fuit sibi plebanus in *Czeczowicz* pro executore deputatus.

Ad canonicatum et prebendam in ecclesia *Scti Georgij in castro Pragensi*.

Joh. Pomuk decr. doct. etc. Quod nos ad ministeriatum, canonicatum et prebendam in ecclesia Scti Georgij in castro Prag. per resignacionem Busconis vlt. et immed. rectoris eorumdem, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantes, de consensu Venerab. et Religiosarum domicellarum Cuncze Abbatisse et Conuentus Monasterij seu ecclesie Scti Georgij antedicte dictorum ministeriatu et prebende patronarum, honorb. virum dom. Nicolaum Mislaws olim plebanum ecclesie Scti Wenceslai in Tassow Olomucen. diocesis cum dicto dom. Buscone pro ministerio et prebenda antedictis permutantem, crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die IV. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Hlassywa*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos ad presentacionem et petic. honestorum virorum Busconis de Hlassywa residentis in Gedlana, Bohuslai dicti Brzienkowecz de Hradek, Przbizonis de Hlassywa, Johannis de Hlassywa, Busconis et Olbrami de Suchdol clientum, in et ad ecclesiam paroch. ibidem in Hlassywa per mortem dom. Petri vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati clientes juspatr. dinoscuntur obt., discr. virum dom. Nicolaum de Postupicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die quinta mensis Aprilis.

Ad altare beate Marie Virg. in *Mechnyegow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Nobilis viri dom. Alberti de Stermberg, in et altare Scte Marie Virg. in ecclesia paroch. in Mechnyegow, per prefatum dom. Albertum de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quo pref. dom. Albertus juspatr. din. obt. racione fundacionis, discr. virum dom. Haskonem plebanum dicte ecclesie in Mechnyegow rectorem legitimum institimus et ministrum, ipsumque de predicto altari cum omnibus iuribus et pertinencijs suis vniuersis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam et administracionem spiritualium et temporalium eidem committimus, ipsum ad predictum altare in Dei nomine confirmantes. In cuius rei testimonium. Datum Prage A. D. 1392 die tercia mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Horka*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. Venerabilis viri dom. Wolfram de Squorcz prepositi ecclesie Scti Appollinaris Prag., nec non Pauli et Wenceslai fratrum ipsius ibidem de Squorcz, in et ad ecclesiam parochialem in Horka per liberam resignacionem dom. Mathie vlt. et immed. rectoris in manibus etc. vacantem, in qua prefati fratres juspatr. dinosc. obt., disc. virum dom. Georgium de Duba Prag. diocesis crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum institimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus iuribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie sibi committimus, ipsum ad eandem confirmantes, salua tamen et reseruata Moyconi et Sbinconi fratribus de Krziessicz questione proprietatis super iurepatronatus seu pre-

sentandi ecclesie antedictae, si de ipso voluerint experiri. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1392 die V. mens. Januarij.

F. VII. — Sentencia cum confirmatione super ecclesia *Scti Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuitatis Pragensis.*

In nomine Domini Amen. Coram nobis Johanne Pomuk decretorum doctore, Archidiacono Zacensi, Vicario in Spiritualibus Reuerendissimi in Christo Patris et dom. dom. Johannis Sete ecclesie Pragene Archiepiscopi, apostolice sedis legati generali, tunc ad causas audiendum et iura reddendum sedentes pro tribunali, comparens Venerabilis et circumspectus vir dom. Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis, Pragensis et Olomucensis ecclesiarum canonicus, curie Archiepiscopalis Prag. Officialis, ad ecclesiam Scti Nicolai in foro pullorum maioris ciuitatis Prag. per mortem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, per honorabilem virum dom. Wolframum de Squorc Scti Appollinaris Pragensis prepositum et Paulum fratrem ipsius pro media parte, nec non honestos et circumspectos viros Procopium Bohuslai ciuem Pragensem, Johannem de Kleczan et Johannem de Quietnicz similiter dicti Bohuslai pro alia media parte ecclesie Scti Nicolai predictae patronos presentatus, in iudicio quamdam literam cride seu proclamacionis in papiro scriptam cum eius debita execucione sibi ad ecclesiam Scti Nicolai prescriptam, ad presentacionem prescriptorum patronorum per nos datam, sigillo Vicariatus Archiepiscopatus Pragensis magno oblongo de cera rubea ad tergum impresso sigillatam, exhibuit et in manus nostras presentauit, quam de verbo ad verbum legi mandauimus. Qua lecta prefatus dom. Nicolaus iuxta termini exigenciam accusauit contumaciam omnium aliorum, quorum interest uel qui sua credunt interesse, non comparencium nec dicencium quitquam contra presentacionem de ipso ad ecclesiam Scti Nicolai predictam factam et ipsum presentatum, petens ipsos quoad actum huiusmodi reputari contumaces, et se ad memoratam ecclesiam Scti Nicolai institui et confirmari. Ex aduerso uero comparens Religiosus vir frater Nicolaus, prior Monasterij Strahouiensis prope Pragam ordinis Premonstratensis asserens, se habere mandatum a Conuentu Monasterij antedicti dixit, dictum dom. Nicolaum ad memoratam ecclesiam Scti Nicolai non esse instituendum et confirmandum ex eo, quia Abbati et Conuentui Monasterij Strahouiensis et ipsorum Monasterio in ipsa ecclesia et ad eandem ecclesiam pinguius et melius jus competit, quam presentantibus prenominatum dom. Nicolaum ipsi dom. Nicolao, quod

se obtulit legitime probaturum. Dom. uero Nicolaus Puchnik dixit, prescriptum fratrem Nicolaum non esse audiendum ex eo, quia de mandato Conuentus sui predicti non docuit neque docet, et eciam dixit, ipsum fratrem Nicolaum non posse de iure impedire institutionem et confirmationem ipsius presentati, quia presentantes ipsum sunt in possessione juris patronatus et presentandi rectorem ad memoratam ecclesiam Scti Nicolai, quod se probaturum per Regestra confirmacionum et Acta Iudiciaria Vicariatus Archiepiscopatus Pragensis predicti obtulit et ibidem statim per dicta Regestra et Acta et scripturas autenticas in eisdem contentas, ecclesiam Scti Nicolai prenominatam concernencia clare et cum effectu probauit petens, ut supra non obstantibus impedimentis dicti fratris Nicolai se ad prenominatam ecclesiam institui et confirmari ceremonijs seruatis debitis et consuetis. Nos uero Johannes Vicarius in Spiritualibus prenominatus, omnes et singulos, qui in predictae ecclesie vacacione et presentacione credebant uel crederent quoquomodo sua interesse, iusticia exigente et termino requirente pronunciamus contumaces quoad actum in litera cride antedicta designatum, et consequenter in eorum contumacia petitioni racionabili supradicti magistri et domini Nicolai Puchnik presentati annuentes, visis dictis Regestris et Actis ac scripturis in eisdem contentis, ecclesiam Scti Nicolai prenominatam et presentantes antedictos concernentibus et ipsis sane intellectis et absque omni suspicione reputatis, inuenimus ex eisdem Regestris et Actis ac scripturis in ipsis contentis, prenominatos presentantes dom. Nicolaum Puchnik fuisse et esse in possessione juris patronatus et presentandi rectorem ad ecclesiam Scti Nicolai sepe nominatam. Ideo sentencialiter interloquendo decreuimus, ipsum dom. Nicolaum Puchnik ad ecclesiam Scti Nicolai prenominatam, tamquam presentatum per patronos et in possessione uel quasi juris patronatus et presentandi rectorem existentes fuisse et esse instituendum et confirmandum, instituique et confirmari debere, contradiccione prescripti fratris Nicolai frustratoris non obstante, quem statim receptis ab eodem iuramentis consuetis, in rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia Scti Nicolai cum omnibus iuribus et pertinencijs suis vniuersis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen ac administrationem spiritualium et temporalium dicte ecclesie eidem commisimus et committimus presentibus, ipsum ad eandem ecclesiam in nomine Dei confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri, et in formam publici instrumenti redigi per Johannem notarium. publicum infrascriptum manda-

nimus ad petitionem prefati dom. Nicolai, ac sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag. predicti appensione iussimus communi. Datum et actum Prage in Curia Archiepiscopali Pragensi, sita in Minori ciuitate Pragensi A. D. 1391, Indiccione XIV., die X. mensis Maij hora terciarum uel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et dom. nostri dom. Bonifacij diuina prouidencia pape noni Anno secundo, presentibus honorab. et discretis uiris dom. Wenceslao preposito Misnensi, Hermanno de Auspocz canonicis ecclesie Prag. memorate, Buscone in Nelahoziewes, Staniconem in Czwinowess ecclesiarum plebanis, Valentino de Sadek, Andrea de Praga, Nicolao de Swidna notarijs publicis et alijs multis testibus circa premissa fidedignis.

Et ego Johannes natus Frenlini de Duba clericus Prag. diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius, predicte litere cride exhibicioni, petitioni et confirmacioni ac omnibus et singulis suprascriptis, dum sic fierent et agerentur, vnacum pre-nominatis testibus presens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, manu propria conscripsi et in hanc publicam formam redegei, signo et nomine meis solitis et consuetis cum appensione sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag. consignando, requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

F. VIII. — Ad ecclesiam in *Kaczow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem Strenui militis dom. Johannis de Skalicz, tutoris Bene-sij et Henrici fratrum orphanorum bone memorie Henrici clientis de Kaczow, in et ad ecclesiam paroch. ibidem in Kaczow, per mortem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus dom. Johannes miles nomine tutorio juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dom. Bohutam presbyterum de Brnyk Prag. diocesis crida etc. In cuius etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXII. mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Krecz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Krecz per resignationem dom. Martini vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Nobilis viri dom. Henrici de Rozenberg dicte ecclesie in Krecz patroni, discretum virum dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Symramow Olomucen. diocesis, cum dicto dom. Martino pro ecclesia in Krecz antedicta

permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Aprilis.

Ad ecclesiam in *Eberzdorff*.

Anno quo supra die XXV. mensis Aprilis data est crida cum commissione et confirmacione dom. Nicolao presbytero in Vsk super Albea ad ecclesiam paroch. in Eberzdorff, ad presentationem Nobilis viri dom. Wenceslai Senioris de Koldiez per mortem dom. Nicolai vacantem. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Krupka*.

Ad ecclesiam in *Superiori Bukowsko*.

Data est crida cum commiss. et confirm. dom. Johanni olim plebano ecclesie in Wyssowicz Olomuc. dioc. ad ecclesiam in superiori Bukowsko Prag. diocesis, ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ibidem in superiori Bukowsko, de consensu Nobilis viri dom. Petri de Stemberg dicte ecclesie in superiori Bukowsko patroni. Deputatus est sibi pro exec. dom. plebanus in *Inferiori Bukowsko*. Anno 1392 die XXVII. mensis Aprilis.

Ad altare Sti Johannis Ewang. in ecclesia parochiali in *Dyeczin*.

Anno quo supra die XXVII. mens. Aprilis data est crida cum commis. et confirm. dom. Johanni dicto Brenner presbytero de Vsk, ad altare Steti Johannis Ewang. in ecclesia paroch. in Dyeczin, per liberam resignationem dom. Johannis vlt. et immed. ipsius altaris rectoris, ad presentationem dom. Johannis de Wartberg dom. in Dyeczin, et fuit pro executore deputatus plebanus in *Neboczad*.

Ad altare sanctorum patronorum Wenceslai et Procopij in ecclesia *Sti Leonardi maioris ciuitatis Pragensis*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad altare sanctorum patronorum Wenceslai et Procopij in ecclesia Sti Leonardi Maioris ciuitatis Prag. ad presentationem prouidi viri Cunczmanni ciuis maioris ciuitatis Prag., per mortem dom. Oticonis vltimi et immed. ipsius altaris rectoris vacans, in quo pref. Cunczmannus juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum dominum Wenceslaum dictum Czrny presbyterum de Lhotta Prag. dioc. crida etc. Dat. Prage A. D. 1392 die VI. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Ilauia*.

Anno quo supra data est crida cum commissione et confirmacione dom. Wenceslao olim plebano in Crywicz ad ec-

clesiam in Ilauia, de consensu famosorum virorum Alberti et Conradi clientum de Rapicz dicte ecclesie in Ilauia patronorum, ex causa permutacionis cum dom. Nicolao olim plebano in Ilauia, et fuit pro executore deputatus pleb. in *Dyeczin*.

Ad ecclesiam in *Crywicz*.

Anno quo supra data est crida cum commiss. et confirm. dom. Nicolao plebano olim in Ilauia ad ecclesiam in Crywicz, de consensu Nobilis viri dom. Johannis dicti Michelec de Michelsperg dicte in Crywicz patroni, ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao pro ecclesia in Crywicz, et fuit sibi deputatus pro executore plebanus in *Kemnicz*.

F. IX. — Ad ecclesiam in *Minori Palcz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem famosorum virorum Vlrici dicti Kebule de Stradomicz et Petri de Czeradic clientum, racione vicissitudinis ipsos pro hac vice tangente, in et ad ecclesiam paroch. in Minori Palcz per liberam resignacionem dom. Benessij vlt. et immed. rectoris eiusdem in manibus dom. plebani ecclesie in Drzenow factam, et per ipsum auctoritate nostra receptam et admissam vacantem, in qua prefati clientes ac Abbas et Conuentus Monasterij Brawnouiensis prope Pragam ordinis Sti Benedicti juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum dom. Mauricium de Charwatecz, presbyterum Prag. dioc. per predictos Vlricum et Petrum ad dictam ecclesiam presentatum, crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsum que de predicta ecclesia cum omnibus iuribus et pertinenijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie eidem committimus, ipsum ad eandem confirmantes ita tamen, quod cedente uel decedente dicto dom. Mauricio aut alio quouis modo dicta ecclesia vacante, prefati Abbas et Conuentus Monasterij Brawnouiensis antedicti rectorem ad dictam ecclesiam debebunt presentare, qui presentatus ipsorum ad ecclesiam supradictam debebit institui et confirmari, quorum presentacioni prefati clientes ac heredes et successores ipsorum debebunt consentire, et sic perpetuis in antea futuris temporibus prefati patroni aut eorum successores debebunt presentare ad ecclesiam prescriptam. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri appensione iussimus communiri. Datum Prage A. D. 1392 die VI. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Ratiboricz*.

Joh. Pomuk et. Quod nos in et ad ecclesiam in Ratiboricz per resignacionem dom. Nicolai vltimi et immed. ipsius

ecclesie rectoris, ex causa permutacionis vacantem, de consensu Johannis dicti Myedenez cuius super Luznicz dicte in Ratiboricz patroni, discr. virum dom. Chwalonem olim plebanum ecclesie in Swoyanow cum dicto dom. Nicolao pro ecclesia in Ratiboricz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VII. mensis Maij.

Ad capellaniam seu altare sanctorum Nicolai et Martini et aliorum confessorum in ecclesia parochiali in *Wlassim*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos ad presentac. et petic. nobilium virorum dom. Johannis et Pauli fratrum de Wlassim, in et ad capellaniam seu altare sanctorum Nicolai et Martini et aliorum confessorum in ecclesia paroch. in Wlassim de nouo per prescriptos dom. dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, in qua prefati Nobiles juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum dom. Nicolaum presbyterum de Wlassim Prag. dioc. crida seu proclam. etc. Datum Prage A. D. 1392 die IX. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Camyk*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petitionem honorab. et Religiosi viri dom. Francisci Abbatis Monasterij Milocensis ordinis Premonstratensis, in et ad ecclesiam paroch. in Camyk, per mortem dom. Boskonis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Abbas juspatr. dinoscitur obtinere, religiosum fratrem Habardum professum eiusdem Monasterij crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die IX. mensis Maij.

Ad ecclesiam paroch. in *Onssow*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Onssow per resignacionem dom. Petri vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum virorum Sigismundi et Sazeme clientum ibidem de Onssow dicte ecclesie in Onssow patronorum, discr. virum dom. Hermannum olim plebanum ecclesie in Vstrasin cum dicto dom. Petro pro ecclesia in Onssow antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die IX. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Vstrasin*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam in Vstrasin per resignacionem dom. Hermanni vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Strenui militis Hoykonis de Vstrasin,

discr. virum dom. Petrum olim plebanum in Onssow cum dicto dom. Hermanno pro ecclesia in Vstrasin antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die IX. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Rziepin*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem venerab. et religiosi viri dom. Nicolai commendatoris domus in Rziepin, professi ordinis beate Marie Virg. de domo theutonica, in et ad ecclesiam parochialem ibidem in Rziepin per liberam resignacionem fratris Petri vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, in qua pref. dom. Nicolaus commendator juspatr. dinosc. obtinere, religiosum virum fratrem Leonardum professum ordinis predicti crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die X. mensis Maij.

F. X. — Ad ecclesiam in *Boliborz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Boliborz per resignac. dom. Stephani vlt. et immed. rectoris eiusdem, ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis viri dom. Wenceslai de Coldicz dicte ecclesie in Boliborz patroni discretum virum dom. Georgium olim plebanum ecclesie in Ostrouicz cum dicto dom. Stephano pro ecclesia in Boliborz, antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die X. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Ostrouicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam in Ostrouicz per resignacionem dom. Georgij vlt. et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerab. et religiosorum virorum dom. Sdenconis supremi magistri cruciferorum cum stella tocusque conuentus domus hospitalis Sti Francisci in pede pontis Prag., ordinis Sti Augustini dicte ecclesie in Ostrouicz patronorum, discr. virum dom. Stephanum olim plebanum ecclesie in Boliborz cum dicto dom. Georgio pro ecclesia in Ostrouicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die X. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Rychenberg*.

Anno quo supra die XV. mensis Maij data est crida cum commissione et confirmacione dom. Jacobo presbytero de — ad ecclesiam paroch. in Rychenberg, ad presentationem nobilis viri dom. Pothe de Czastolouicz per liberam resignacionem dom. Busconis vacantem. Deputatus est sibi pro executore decanus Costelicensis plebanus ecclesie in *Tinist*.

Ad ecclesiam in *Lucawicz*.

Anno quo supra die XV. mensis Maij data est crida cum commissione dom. Laurencio presbytero de Giczin ad ecclesiam in Lucawicz, per liberam resignacionem dom. Jacobi vlt. et immed. rectoris vacantem, ad presentationem nobilis viri dom. Pothe de Czastolouicz. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Rychnow*.

Ad ecclesiam in *Minori Rziecziczka*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. Nobilis viri dom. Wilhelmi de Lanstain ad ecclesiam in Minori Rziecziczka, per mortem dom. Bartholomei vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua pref. dom. Wilhelmus juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum dom. Johannem canonicum Lipnicensem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Catussicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Catussicz per resignacionem dom. Welislai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honestarum Agnezze vidue et Dorothee Virginis de Dubnicz alias de Catussicz dicte ecclesie in Catussicz patronarum, discr. virum dom. Wenceslaum olim plebanum ecclesie in Skalsko, cum dicto dom. Wilhelmo pro ecclesia in Catussicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage Anno Domini 1392 die XVII. mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Skalsko*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Skalsko per resignacionem dom. Wenceslai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum virorum Bohussij, Sulkonis Juuenis et Bohussij de Kowan clientum dicte ecclesie in Skalsko patronorum, discretum virum dom. Welislaum olim plebanum ecclesie in Catussicz, cum dicto dom. Wenceslao pro ecclesia in Catussicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Maij.

Ad altare Ste Marie in ecclesia *Sti Leonardi Maioris*
Ciuitatis Pragensis.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem discreti viri dom. Wenceslai plebani ecclesie in Lutonicz tutoris orphanorum Alberti Dyterlini bone memorie

de Praga nomine tutorio in et ad altare Ste Marie in ecclesia Sti Leonardi eiusdem maioris ciuitatis Pragen., per mortem dom. Jacobi vlt. et immed. ipsius altaris rectoris vacans, in quo pref. dom. Wenceslaus nomine tutoris juspatronatus din. obt., discr. virum dom. Ortlinum de Bor presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIV. mensis Maij.

G. I. — Ad altare Ste Marie in ecclesia *Ste Marie ante letam curiam.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem honorab. viri dom. Nicolai Gheuheri Scolastici ecclesie Wissegradensis, et Wenceslai et Frane fratrum germanorum dicti dom. Nicolai, ac Frane Hawer ciuium maioris ciuitatis Prag., in et ad altare beate Marie Virg. in ecclesia Ste Marie ante letam curiam dicte Maioris ciuitatis Pragen., per mortem dom. Hanconis vlt. et immed. rectoris eiusdem vacans, in quo prefati dom. Nicolaus cum fratribus et Frana Hawer jure hereditario juspatr. dinoscuntur obt., discr. virum Jacobum de Bruna Olomucen. dioc. crida seu proclamacione etc. Datum Prage A. D. 1302 die penultima mensis Maij.

Ad ecclesiam in *Zelina.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochial. in Zelina per resignacionem dom. Pauli vlt. et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu Serenissimi Principis et dom. dom. Wenceslai Romanorum Regis semper Augusti et Boemie Regis, dicte ecclesie in Zelina patroni, discr. virum dom. Mathiam olim altaristam beate Marie Virg. in ecclesia Scti Egidij Maioris ciuitatis Prag. cum dicto dom. Paulo pro ecclesia in Zelina antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die vltima mensis Maij.

Ad altare beate Marie Virg. in ecclesia *Scti Egidij Maioris Ciuitatis Prag.*

Joh. Pomuk decr. doctor, Archidiaconus Zacensis in ecclesia Pragensi, Vicarius in Spiritualibus etc. Quod nos in et ad altare beate Marie Virg. in ecclesia Scti Egidij Maioris Ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Mathie vlt. et immed. rectoris eiusdem, ex causa permutacionis in manibus etc. vacans, de consensu honorabilium virorum dom. Witkonis prepositi, Wenceslai decani, Procopij plebani, tociusque Capituli ecclesie Scti Egidij prescripte dicti altaris patronorum discr. virum dom. Paulum olim plebanum ecclesie in Zelina cum

dicto dom. Mathia pro altari antedicto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die vltima mensis Maij.

Ad ecclesiam Sti Laurencij in *Wgez d sub monte Petrino.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem Sti Laurencij in Wgez d Prag. monte sub Petrino, per resignacionem mgri Viti vltimi et immed. rectoris eiusdem ex causa permutacionis etc. vacantem, de consensu Venerabilium et Religiosarum domicellarum Cunze Abbatisse, tociusque conuentus Monasterij Scti Georgij in castro Pragensi dicte ecclesie patronarum, discr. virum dom. Petrum olim altaristam altaris Scti Bartholomei, Lazari et Marthe in ecclesia Scte Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Prag., cum dicto mgro Vito pro ecclesia Scti Laurencij antedicta permutantem crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituumus et plebanum etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mensis Maij.

Ad capellam *Scti Laurencij in monte Petrino.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem Venerabilis viri dom. Vitkonis de Czrnczicz, canonici ecclesie Scti Petri Wissegradensis prope Pragam, obedienciarij obediencie in Cholcz, in et ad capellam Scti Laurencij in monte Petrino per resignacionem dom. Martini dicti Tworzidlo liberam, vltimi et immediati ipsius capelle rectoris vacantem, in qua pref. dom. Vitko racione obediencie predictae in Cholcz juspatr. din. obtinere, discr. virum dom. Wenceslaum de Horzouicz presbyterum Pragene dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXII. mensis Marcij.

Ad altare sanctorum Bartholomei, Lazari et Marthe in ecclesia *Scte Marie ante letam Curiam.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad altare sctorum. Bartholomei, Lazari et Marthe in ecclesia Scte Marie ante letam curiam Maioris Ciuitatis Prag., per resignacionem Petri vlt. et immed. rectoris ipsius altaris ex causa permutacionis in manibus etc. vacans, de consensu prouidi viri Johannis filij mgri Petri de castro Prag. magistri fabrice ecclesie Prag., et Elene conthoralis sue dicti altaris patronorum honor. virum magistr. Vitum olim plebanum Scti Laurencij in Wgez d Prag. monte sub Petrino cum dicto dom. Petro pro altari antedicto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mensis Maij.

Ad ecclesiam parochialem *Scti Laurentij in Vjezd.*

Quod nos in et ad ecclesiam parochialem *Scti Laurentij* in Vjezd Pragensi monte sub *Petrino*, per resignationem *mgri Viti vltimi* et immediati rectoris eiusdem, ex causa permutacionis vacantem, de consensu *Venerabilium* et *Religiosarum domicellarum Cuncze Abbatisse*, totiusque conuentus *Monasterij Scti Georgij* in castro Prag. dicte ecclesie patronarum, *discr. virum dom. Petrum* olim altaristam altaris *Scti Bartholomei*, *Lazari* et *Marthe* in ecclesia *Scte Marie* ante letam curiam ciuitatis Prag. cum dicto *mgro Vito* pro ecclesia *Scti Laurentij* antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XXIX. mensis Maij.

G. II. — Ad ecclesiam in *Mrzlicz.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in *Mrzlicz* per resignationem dom. *Alsonis vlt.* et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu *Strenui militis dom. Rudigeri* ibidem de *Mrzlicz* patroni, *discr. dom. Albertum* olim plebanum ecclesie in *Rednicz* cum prefato dom. *Alssone*, pro ecclesia in *Mrzlicz* antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VII. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Rednicz.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in *Rednicz* per resignationem dom. *Alberti vlt.* et immed. ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vac., de consensu *Nobilis viri domini Henrici de Duba* magistri curie regalis dicte ecclesie in *Rednicz* patroni, *discretum virum dom. Alsonem* olim plebanum ecclesie in *Mrzlicz* cum dicto dom. pro ecclesia in *Rednicz* antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die VII. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Conradiuilla.*

Die XV. mensis Junij data est crida cum commissione et confirmacione dom. *Martino* presbytero *Misnen. dioc.*, ad ecclesiam paroch. in *Conradiuilla*, per mortem dom. *Petri vlt.* et immed. ipsius ecclesie rectoris ad presentationem famosi viri dom. *Alberti de Ozruhrzen*, et fuit sibi pro executore deputatus decanus *Zittauensis* plebanus in *Odronicz.*

Ad ecclesiam in *Longauilla.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in *Longauilla*, per resignationem dom. *Johannis vltimi* et immed.

eiusdem ecclesie rectoris vacantem ex causa permutacionis, de consensu *honestorum virorum Wytmari* clientis, *Wyskonis* presbyteri et *mgri Petri* fratrum germanorum ibidem de *Longauilla*, dicte ecclesie in *Longauilla* patronorum, *discr. virum dom. Andream* olim plebanum ecclesie in *Budieticz* cum dicto dom. *Johanne* pro ecclesia in *Longauilla* antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Junij.

Item Anno die quibus supra data est intronisacio dom. *Johanni* olim plebano ecclesie in *Budyedicz* ad ecclesiam in *Longauilla*, ex causa permutac. cum dom. *Andrea*, plebano in *Longauilla*, et non est sibi data confirmacio propter discordiam patronorum eiusdem ecclesie in *Longauilla.*

Ad ecclesiam in *Radimicz.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in *Radimicz* per resignationem dom. *Galli vlt.* et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu *honorab. et religiosi viri dom. Johannis* Abbatis *Monasterij Strahouiensis* ordinis *Premonstratensis* alias montis *Syon*, dicte ecclesie in *Radimicz* patroni, *honorabilem virum dom. Benessium* olim plebanum ecclesie *Sti Leonardi Maioris* ciuitatis Prag., cum dicto dom. *Gallo* pro ecclesia in *Radimicz* antedicta permutantem, crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Junij.

Ad ecclesiam *Sti Leonardi Maioris Ciuitatis Prag.*

Joh. Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. *Sti Leonardi maioris* ciuitatis Prag. per resignationem dom. *Benessij vlt.* et immed. ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu *Venerabilium* et *Religiosarum domicellarum Agnesce* priorisse totiusque conuentus *Monasterij Ste Anne* in maiori ciuitate Prag. dicte ecclesie *Sti Leonardi* patronarum, *discretum virum dom. Gallum* olim plebanum ecclesie in *Radimicz* cum dicto dom. *Benessio* permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Junij.

Ad ecclesiam in *Cunraczwald.*

Item Anno die quibus supra data est commissio cum confirmacione dom. *Petro* olim altariste altaris in ecclesia *Peregella* *Wratislau. diocesis*, ad ecclesiam paroch. in *Cunraczwald*, ex causa permutacionis cum dom. *Henrico* altarista dicti altaris, de consensu famosi viri *Pertoldi* dicti *Prusse*, castalani castrum in *Carpenstein* nomine nobilis viri dom. *Pothonis* de *Czastolouicz*, cuius ecclesie ipsius dom. *Potha* patronus existit.

Deputatus est sibi pro executore decanus Glacensis plebanus ecclesie in *Hawelswed*.

Ad ecclesiam in *Michalowicz*.

Item Anno quo supra data est commissio cum confirmatione dom. Paulo presbytero de Poczatek, ad ecclesiam paroch. in Michalowicz per resignacionem dom. Mauricij vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris in manibus etc. vacantem, ad presentationem et petic. famosi viri Petri clientis de Zhorz, patroni dicte ecclesie in Zhorz. Deput. est sibi pro executore decanus *Czaslawiensis*, plebanus ecclesie in *Jenjkow*. Datum Prage die XXI. mensis Junij.

G. III. — Ad capellam Sti Wenceslai in *Sdemil*.

Anno quo supra die XXV. mensis Junij data est crida cum commissione et confirm. dom. Petro olim rectori altaris Ste Marie Magdalene in Swihow, ad capellam Sti Wenceslai in Sdemil, ex causa permutacionis cum dom. Georgio de consensu Nobilis viri dom. Ogerij de Rysenberk dicte capelle patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Kdina*.

Ad altare Ste Marie Magdalene in *Swihow*.

Anno quo supra die XXV. mensis Junij data est crida cum commissione et confirm. dom. Georgio olim rectori capelle Sti Wenceslai in Sdemil ad altare Ste Marie Magdalene in Swihow, ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu Nobilis viri dom. Brzenconis de Skala dicti altaris patroni. Deput. est sibi pro executore plebanus ecclesie Sti Wenceslai in *Swihow*.

Ad ecclesiam in *Craczoia*.

Anno quo supra data est crida cum commissione et confirmatione dom. Paulo olim plebano ecclesie in Welczwalde ad ecclesiam paroch. in Craczoia, per mortem dom. Nicolai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, ad presentationem Nobilis viri dom. Henrici de Donyng alias de Greuenstein, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Alba Ecclesia*.

Ad ecclesiam in *Tiss*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos in et ad ecclesiam in Tiss per resignacionem dom. Stephani vlt. et immed. ipsius rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu Venerabilis viri dom. Sdenconis supremi magistri cruciferorum cum stella hospitalis Sti Francisci in

pede pontis Prag. dicte ecclesie in Tiss patroni, discr. virum dom. Michaellem olim plebanum ecclesie in Albertiulla Luthomisen. dioc. cum dicto dom. Stephano pro ecclesia in Tiss antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die v. mensis Julij.

Ad ecclesiam in *Drahoraz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petitionem famosorum virorum Stranissij de Drahoraz et Johannis de Kopidna clientum, in et ad ecclesiam ibidem in Drahoraz, per mortem domini Nicolai vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati Stranissius et Johannes clientes juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum dom. Jarkonem olim plebanum ecclesie in Neprziwecz crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XIX. mensis Februarij.

Ad ecclesiam in *Antiqua Swietla*.

Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Antiqua Swietla per resignacionem dom. Petri vlt. et immed. rectoris eiusdem, ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerabilis et Religiosi viri Marcoldi de Wruticz, prioris per Boemiam, Poloniam etc. ordinis Scti Johannis hospitalis Jerosolimitani dicte ecclesie in antiqua Swietla patroni, discr. virum dom. Wenczeslaum olim plebanum ecclesie in Quietkow cum dicto dom. Petro pro ecclesia in Antiqua Swietla antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XV. mensis Julij.

Ad ecclesiam parochialem in *Opoczen*.

Joh. Pomuk decr. doc. etc. Quod nos ad presentationem et petic. Nobilis viri dom. Purkardi de Kolowrath, in et ad ecclesiam paroch. in Opoczen per mortem dom. Johannis vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, in qua prefatus dom. Purkardus juspatr. din. obt., discr. virum dom. Johannem de Bor presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XVII. mensis Julij.

Ad ecclesiam parochialem in *Copicz*.

Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentationem et petic. famosi viri Henslini Sadernich clientis de Zacz alias de Copicz vacantem ex eo, quod dom. Theodricus vltimus et immediatus ipsius ecclesie rector aliud beneficium ecclesiasticum incompatible pacifice est assecutus, in qua pref. Henslinus juspatr. dinosc. obtinere, discr. virum Johannem natum Firenlini de Duba clericum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1392 die XIV. mensis Junij.

Ad ecclesiam parochialem in *Ratiborz*.

